

1724, 7

FACULTATIS JURIDICÆ  
IN ALMA AC PERANTIQUA VNIVERSI-  
TATE ERFORDIENSI  
DECANVS,  
HVGGO FRANCIS-  
CVS HVNOLD,  
J. V. D.

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS  
REGIMINIS ET CIVITATIS HVJVS  
CONSVL PRIMARIVS.

LECTORI BENEVOLO  
S. P. D.

---

ERFORDIÆ,  
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

IN ALMA AC FERANTOVA UNIVERSI  
TATE ERIGENDI

DECANUS

HUGO FRANCOIS  
CVS HYNOLD

J. D.



EMMENTISIMAE AC CELEBRISSIMAE UNIVERSITATIS  
ELECTORIS MOGUNTINAE CONSILIARIUS  
REGIMINE ET CIVITATE HANS  
COSSE PRIMAIVS

LECTORI BEVENOLO

J. D.

LEIPZIG  
LIT. DRUCKER. AND. 1775





Contractus hunc præstant usum ut alter alterius necessitati subvenire, ejusque desiderio satisfacere, nec non sibimet ipsi aliquando consulere possit: dividuntur vero contractus, ut alias divisiones prætereamus, *in unilaterales*, in quibus unus tantum obligatur, ut in mutuo, stipulatione & reliquis, & *bilaterales*, ubi utrinque mutua oritur obligatio, ut in emtione venditione & cæteris: Hi iterum sunt duplicis generis. Vel enim uterque obligatur *ab initio* statim & principaliter, atque tunc actio exinde proveniens utrinque *directa* vocatur, ut in emtione: vel unus saltem ita obligatur, alter vero ex *post facto* solum & minus principaliter; & contra priorem actio *directa*, contra posteriorem autem actio *contraria* in-

) 2

stitui-

stituitur. Et hoc posterius etiam in contractu pignoratitia contingit. Actio enim pignoratitia contraria datur adversus debitorem, ad indemnitatem pignoris nomine consequendam, v. g. si res aliena ipsi data, aut ille ex re pignorata damnum fenderit, v. g. si servus pignori datus furtum fecit. Imo datur ad rependas expensas in pignus factas, necessarias indistincte, utiles vero, si volente debitore factæ, aut debitor easdem facile restituere possit. Directa vero competit debitori adversus creditorem, ut res oppignorata cum fructibus, quos vel revera percepit, vel tanquam bonus Pater familias percipere potuisset, restituatur. *L. 3. C. de pign. act.* si nimirum creditor satisfactum, vel quocunque modo debitum extinctum fuerit v. g. si conventum, ut loco pignoris huius alia pignora, vel fideiussores constituantur, & in genere, ubi hoc actum ut à pignore discedatur, vel si pactum de non petendo interpositum *ZOES. ad Tit. ff. de pign. act. n. 2.* Imo licet per creditorem steterit, quo minus solveretur *l. 20. §. 2. ff. de pign. act.* Quid quod? debito non dum soluto interdum pignoratitia actio nascitur, ut in casu *l. ult. ff. de pign. act. §. 1. §. fin. eodem*, aut si abutarur pignore creditor, aut eam deteriolem reddat. *MOZIUS de pign. col. 6. n. 11. seq.* porro locum invenit hæc actio, quando debitor deferente creditore juravit, vel absolutus sit. *l. 3. ff. quib. mod. pign. solv.* addatur *colleg. jur. Argentor. tit. de pign. act. §. 4.* Huic actioni ante solutum debitum nunquam præscribitur, quia nunquam nata fuit, nondum autem nata actio præscri-

scribi nequit cum entis nullæ sint affectiones. GAIL.  
*Lib. 2. obs. 28. n. 6.* nec contra tertium de jure Civili  
actio hæc directa institui potest. *l. 27. ff. de pign. act.*  
Consultum ergo erit debitori, ut ab initio contra-  
ctus pacto sibi prospiciat, ne creditor inscio debito-  
re, tertio cuidam rem oppignoratam iterum pi-  
gnori subjiciat, quod sæpe numero cum damno cre-  
ditorum praticare solent debitores fraudulentis *Act.*  
*tit. C. si pignus pign. dat. sit.* vel clausulam commissio-  
riam annectat, oppignorationem a creditore, invito  
debitore factam, ipso jure nullam esse. Ex disposi-  
tione verò Juris Canonici, contra tertium pignoris  
possessorem agi posse, colligunt ex *c. 6. X. de pign.* vi-  
deatur STRYK. *cautel. contr. sect. 2. c. 4. §. 42.* Quod  
pluribus persequetur in lectione solenni, quam curso-  
riam vocant, in quem finem *l. 9. §. 3 ff. de pign. act.* ex  
professo illustrabit

PRÆNOBILIS AC CLARISSIMVS

DOMINVS

M. JOHANNES MICHAEL  
TEVTSCHERVS,

Jurium Candidatus dignissimus.

Nascendi felicitas ipsi die 24. Novembr. ann. 1699.  
contigit Lipsiæ, quæ urbs ob Musarum pariter se-  
dem ac nundinas florentes jam diu fuit celeberrima.

X 3

Pa-

Parentes veneratus est JOHANNEM TEVTSCHER-  
RVM, Civem Lipsiensem integerrimum, ac CA-  
THARINAM, M. BARTHOLOMÆI, Lycei pro-  
vincialis Electoralis, quod Grimmæ est, quondam  
Cantoris filiam unicam, & omnibus, quæ sexum se-  
quiores ornant, virtutibus conspicuam. Cum hi  
probe scirent, initium sapientiæ esse timorem domi-  
ni, & a teneris afflescere studiis, in toto vitæ cur-  
su proficere multum, à primis statim annis, Eum do-  
mi pietatis & litterarum fundamentis imbuendum  
curarunt. His ita feliciter positis, in laudatum Gy-  
mnasium Grimmense Eum misere, in quo sub fideli  
informatione doctissimorum virorum M. ERMELII,  
Rectoris, M. SCHOMACHERI, Conrectoris, M. E-  
GENOLFI, Collegæ tertii, nec non JACOBI, Can-  
toris, tantos in humanioribus studiis progressus fe-  
cit, ut sexennio feliciter absoluto, anno 1718. Lipsiam  
altiora, quæ vocant, studia pertractandi causâ, redire  
potuerit. Ne vero ad ea, quæ multorum est in-  
tempestitiva festinatio, justo citius prorumperet, stu-  
diis, Philosophicis indefesse operam navavit idque in-  
lectionibus privatissimis Consultissimi Viri, AVGV-  
STI FRIDERICI MULLERI, nec non publicis quo-  
rundam Philosophorum ordini adscriptorum Magi-  
strorum non sine optato fructu præstitit. Absoluto  
vero cursu Philosophico, amplissimum Juris campum  
ingressus est, ducibus usus viris longe lateque cele-  
berrimis PHILIPPO, Facultatis Juridicæ Seniore,  
SCHERZERO, laudatæ Facult. Assessore, FLOREN-  
TE RIVINO, Institution. Prof. Publ. Ordinario, &  
MUL-



MULLERO, Jurium Doctore Veterano: Non parum quoque profecit in consultissimi Doctoris GRAFII collegio disputatio juridico, cui per integrum annum & quod excurrit, interfuit, aliquoties & Respondentis & Opponentis vices sustinuit: Anno hujus seculi vigesimo, primam in philosophia lauream summo cum applausu obtinuit, & anno subsequente, supremo in eâ gradu omnium Philosophiæ Professorum suffragiis ornatus est. Binas præterea publico eruditorum axamini submitit dissertationes solennes, alteram, anno 1721. sub Præsidio Viri P. R. Licentiati JENICHII, Moral. & Polit. Profess. Celebr. *de statu naturali in reliquiis suis spectato*: alteram ipse præses anno 1722. *de statu servorum juxta Jus Naturæ licito*, eâque e Cathedra superiore, omnibus applaudentibus propugnata, cuncta Magistrorum Lipsiensium jura & prærogativas reportavit. Ut vero etiam dignum sui in Sacræ Themidos studio indefesse impensæ laboris impetraret præmium, apud Nostrum ordinem nomen suum professus est, & exhibitis, pro ut, moris litteris supplicibus, ut dies examini non solum destinaretur sed & textus elaborandi ex utroque Jure communicarentur, modeste, & decenter petiit, quare honestissimis ejus petitis deferre non dubitavimus, & postquam in resolvendis textibus, non solum, sed & ipso examine navata ejus in utroque Jure opera Facultati nostræ abunde probata est, ipsum ad ulteriora specimina & ipsum doctorem gradum unanimibus votis admittendum esse decrevimus; quamobrem nonsolum lectionem curso-

foriam ad l. 9. §. 3. ff. de pign. act. sed & ipsam dispu-  
tationem inauguralem DE INFICIATIONE crastinâ die  
lunæ instituere paratus est. Ut autem Magnificus  
Dominus Rector venerandus Senatus Academicus ut  
& reliqui, Domini Professores, Doctores, Licentiati,  
ac Magistri omnium Facultatum, nec non Nobilissi-  
ma Studiosorum corona actum hunc suâ dignari ve-  
lint præsentia, decenter invitantur atque rogantur.  
Publicatum sub Sigillo Facultatis Juridicæ Dom.

XIX post Pentecosten An.

M DCC XXIV.



Erfurt, Diss., 1724

X 2386 980

ULB Halle

007 017 499


3



VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1724, 7  
7  
ATIS JURIDICÆ  
C PERANTIOVA VNIVERSI-  
TE ERFORDIENSI  
ECANVS,  
D FRANCIS-  
HVNOLD,  
J. V. D.

II AC CELSISSIMI PRINCIPIS  
MOGVNTINI CONSILIARIVS  
S ET CIVITATIS HVJVS  
NSVL PRIMARIVS.

ORI BENEVOLO  
S. P. D.

ERFORDIÆ,  
SCHIANIS, Acad. Typogr.

